



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

LXXVIII. Detlov von Walstawe als Bauherr und Johann als Pfarrer zu Walstawe verkaufen dem Kloster Diesdorf eine Wiese, um den Erlös zum Bau der Kirche in Walstawe zu verwenden, am 10. August 1364.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

Ernesti actorum lucide protestamur. Datum anno domini MCCCLXII, in die purificationis beate Marie Virginis gloriose.

Aus einer Mittheilung des vereinigten G. B. v. Naumer.

Zu der obigen Urkunde gehört wohl nachstehendes im vierzehnten Jahrhundert niedergeschriebenes Verzeichniß, das in Diesdorf vorgefunden ist:

Ille est redditus, pactus et Censur in villa Dore.

Henningk Blavoth III quartalia siliginis de uno manso, que iacet extra sepem. —

Item Hermannus Langenese IX quartalia siliginis de tribus mansis infra sepem. —

Item Beneke Schuborn VII quartalia siliginis de duobus mansis.

Item Tebal Knust III quartalia siliginis de uno manso infra sepem. —

Item Tilemann III quartalia siliginis de uno manso infra sepem. —

Item Heytmann III quartalia siliginis de uno manso infra sepem. —

Item Albrecht Schuborn III quartalia siliginis de uno manso infra sepem.

Item Lutke Lemann de Ekhorst unum quartale siliginis. Summa siliginis XXXVII quartalia.

Ille est census pullorum.

Primo de a. area VI pullos et sex denarios futor XII pullos cum solidis.

Evert Krefeler XII pullos cum solidis, item VI solidos de prato.

Item VI pullos cum VI denariis de dimidia area.

Item Nyggen Conrau XII pullos cum solidis.

Item Elizabet Slava XII pullos cum solidis.

Item Figula XII pullos cum solidis.

Item circa domum Figule de H area VI pullos cum VI denariis.

Item Albrecht Schuborn XII pullos cum solidis.

Item Thebel Knust IX solidos denariorum, de curia in qua moratur.

Item Genderick V solidos de curia, in qua moratur.

Item Gericke Schuborn V solidos de curia, in qua moratur.

Item de curia V solidos que iacet deserta.

Item quatuor pullos cum X denariis circa viam lapideam.

Summa pullorum C et sex supra computatum XXVI solidis cum VI denariis.

Summa denariorum XXXVII solidi.

Summa argenti LXXXX marce argenti cum III marcis argenti.

LXXVIII. Detlof von Walstawe als Bauherr und Johann als Pfarrer zu Walstawe verkaufen dem Kloster Diesdorf eine Wiese, um den Erlös zum Bau der Kirche in Walstawe zu verwenden, am 10. August 1364.

In nomine domini Amen. Memoria hominum consulte iuuatur cum geste rei veritas literarum testimonio comprobatur. Hinc est, quod ego Ditleuus de Walstawe, sacerdos, procurator structure ecclesie parochialis in Walstawe, Verdenensis diocesis, recognosco tenore presentium pu-

blice protestando, Quod matura deliberatione prehabita cum consensu discreti viri domini Johannis presbyteri ecclesie memorate et omnium et singulorum quorum intererat vendidi discretis et honestis Georgio Preposito, Elizabeth priorisse totique Conuentui sanctimonialium ecclesie in Distorpe presate diocesis unum pratum, quod proprie Wisch dicitur, in campis intra Wistede et Werle prope pratum ab eisdem dudum possessum localiter situm, pro XLIV solidis denariorum Luneb. mihi ab eisdem totaliter traditis et solutis ac in usus structure pretacte ecclesie in Walstaue plenarie conuersis euidenter. Quod quidem pratum eisdem preposito priorisse totique conuentui dimisi presentibusque dimitto libere eternaliter possidendum, Volens ipsis eiusdem prati veram et legalem prestare warandiam ubicunque et quotiescunque eisdem fuerit oportunitas ab omni impetitione canonice et legaliter defendere. Testes huius rei sunt Johannes de Walstaue famulus, Hinricus plebanus in Abbendorpe, Syfridus plebanus in Stockene et alii quam plures fide digni, in quorum euidentiam presentia mei et domini Johannis, plebani in Walstaue, sigillorum appensione tradidi communita, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIV<sup>o</sup>. in die beati Laurentii martyris gloriosi.

Gercken's Dipl. I, 453—455.

LXXIX. Der Rath zu Lüneburg bezeugt, daß Priester Hermann von Remstede mit Gebungen aus der Saline zu Lüneburg die Gedächtnißfeier seiner Eltern bei dem Kloster Diesdorf gestiftet habe, am 20. November 1364.

Nos Consules ciuitatis Lüneborch, Johannes Beue, Albertus Hoyke senior, Johannes Garlop, Hinricus Miles, Johannes Viscule, Ludolfus Vinlo, Hartuicus de Salina, Johannes de Pentze, Johannes Abbenborch, Hartuicus Holste, Nicolaus Garlop, Thidericus Springintgud tenore presentium recognoscimus et testamur, quod discretus vir Dominus Hermannus de Remstede, perpetuus in ecclesia Verdeni vicarius, habens in salina Luneborgh dimidium plaustrum salis quolibet flumine tollendum in domo Euerindhe in Wechpanne ad dextram manum in introitu dicte domus, quod emit ad faciendum et ordinandum cum eodem ut decreuerit. Constitutus in nostra presentia recognouit tam verbo quam scripto, quod ipse erogauit et donauit religiosi et Deo deuoti Priorisse et Conuentui sanctimonialium in Distorpe Verdenis diocesis idem dimidium plaustrum salis post mortem ipsius domini Hermanni perpetuis temporibus possidendum, Conditione tamen hac interiecta quod Priorissa et Conuentus monasterii supradicti domino plebano ecclesie S. Johannis in Lüneborch et suis Capellanis ac scolaribus nec non Campanario pro tempore existentibus ad perpetuam memoriam Johannis de Remstede ac Hempten, uxoris ejus, quondam parentum domini Johannis de Remstede presbyteri pie memorie in crastino sanctorum apostolorum Petri et Pauli in parochia S. Johannis predicti vigiliis et missis peragendam quatuor solidos de dicto dimidio plaustro singulis annis perpetue ministrabunt, Ita quod de dictis quatuor solidis domino plebano XVIII denarii dentur, cuiuslibet trium Capellanorum sex denarii, scolaribus et Campanario solidus unus dentur. Residuum vero de dicto dimidio plaustro per sanctimoniales conuentus supradicti equaliter diuidatur, ut in crastino Katherine virginis perpetuam memoriam domini Johannis de